



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. XCVII. An omnibus adultis Deus auxilia sufficientia ad salutem
prouiderit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

DISPUTATIO XC VII.

An omnibus adultis Deus auxilia
sufficiencia ad salutem
proouiderit.

Error Armacani. cap. 1.

Sufficiens auxilium propter priora peccata adultis nunquam
denegari senserunt Henricus, & alij. cap. 2.

Auxilium sufficiens nemini in hac vita deesse, verior sen-
tentia est. cap. 3.

Ad obseruationem precepti occurrentis, & vincendam im-
minentem tentationem nulla sufficiens auxilium deesse.

cap. 4.

Ad penitentiam & ad fidem non omnibus momentis: sed
certis temporibus Deus confert auxilium sufficiens.

cap. 5.

Diluuntur argumenta prioris sententia. cap. 6.

CAPVT I.

Error Armacani.

Quamuis auxilium sufficiens duobus modis
dicatur, ut disput. 88. vlt. notauimus, in hac ta-
men praesenti disputatione appellamus auxilium
gratiae sufficiens: sine quo homo non potest salua-
ri, & cum quo potest, etiam si illud efficax non
sit. De efficaci namque indubitatum est, non om-
nibus concedi: de sufficienti vero, sed inefficace
aliqua potest esse controuersia. Caeteri antequam
Scholasticorum opiniones recenseamus, error quidē
Armacani refellendus est. Hic ergo auctor lib. 9.
de qu. Armenorum q. 2. 7. affirmat, aliqua esse peccata
hominum in hac vita, quae secundum legem à Deo
latam remitti non possunt, qualia sunt peccata
Demonum. Hanc sententiam merito censet esse
errorem in fide S. Thom. 3. p. qu. 68. artic. 1. multique
confutat Domin. Sot. 1. de natura & gratia cap. 18. &
locupletissime Andreas de Vega lib. 13. super Concil.
Trident. cap. 1. sequent. Nobis vero sufficiat primo
illud Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis,
& onerati estis, & ego reficiam vos Vbi Christus om-
nes inuitat, & neminem à se reiciit: ergo nulli lege
sua denegat reconciliationem & iustificationem à
peccatis. Secundo illud 1 ad Timoth. 2. Qui scilicet
Deus vult omnes saluos fieri, & ad agnitionē veritatis ve-
nire, quod de omnibus, & singulis intelligendum
esse probauimus disput. 83. cap. 2. si autem aliquo-
rum peccata noller remittere. & lege sua ita sta-
tuit, sequeretur non velle omnibus salutem.
Tertio Catholica veritas sufficienter à nobis de-
monstrabitur, si ostenderimus testimonia, qui-
bus venia aliquibus peccatis denegari videtur, id
nullo modo significare.

Primum est: Ioan. 5. Est peccatum ad mortem non
pro illo dico, ut roget quis, ac Ioannes non prohiberet
orare pro peccato ad mortem, si sciret omne pec-
catum remitti posse. Quid enim aliud obesse po-
test, quo minus pro aliquo oremus, quam quod
peccatum illius secundum legem venia carcat,
quale est peccatum Daemonum? Hunc tamen lo-
cum varie Patres interpretantur. Quamcumque
vero expositionem sequamur, nihil sententiae
Armacani fauet. August. lib. 1. de serm. Domini in monte
in fine, intelligit de peccato inuidiae & contra fra-
trem caritatem, pro quo putat non esse oran-

dum. Quam expositionem amplectitur Beda in
eum locum Ioan. Id tamen postea retractauit Aug. *Secunda
lib. 1. retract. capit. 19. & addit de nemine in hac vita
desperandum esse: quo perspicue refellitur sen-
tentia Armacani. Interpretatur autem Ioan. testi-
monium de peccato finalis impenitentiae pro quo
dici orandum non esse. Quam interpretationem
etiam sequitur Beda, licet priorem ipse magis
prober. Eandem amplectitur Andreas de Vega lib. 13. *Secunda
super Concil. cap. 11. Verum Ioan. de peccato eorum,
qui degunt in hac vita, loqui videtur.**

Orig. tract. 35. in Matth. illa verba, Et egressus so-
ras: exilimat. peccatū ad mortem vocari à Ioanne
negationem fidei post gratiam acceptam, qua
quidem ratione Nouatiani peccatum ad mortem
appellabant, negare Christum in tormentis. Et
quanquam peccanti hoc modo Sacramentum re-
conciliationis denegabant, hortabantur nihilo-
minus cum ad contritionem; ac proinde non cen-
sebant in hac vita remitti non posse, nec pro illo
orare prohibebant. Caeterum qua ratione dicat
Ioannes, non pro illo dico ut roget quis, non explicat
Origenis. Ambrosius vero lib. 1. de penitentia cap. 8. *Quarta
& 9. appellat peccatum ad mortem grauissimum
in vnoquoque genere, pro quo, inquit, non de-
bet orare quis, id est, quicumque de populo, sed
vir eximiae, & singularis virtutis. Alij de peccato,
cui annexa est excommunicatio, pro quo non li-
cet publice orare: at Ioannes certe de quavis ora-
tione etiam priuata intelligit.*

Mihi summopere probatur expositio, quam
paucis indicant Hieron. in dialogo 2. contra Iovinianum,
& Caietani locum, & ex contextu ipso facile
colligitur. Dixit Ioannes, Et haec est fiducia, quam
habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus se-
cundum voluntatem eius, audit nos. Et scimus quia audit nos
quidquid petierimus: scimus, quia habemus petitiones, quas
posulemus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum
non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad
mortem. Quibus verbis horatur, ut cum fiducia et-
iam pro fratre nostro à Deo posulemus, certo
sperantes nos veniam illi consequuturos, si pec-
catum fuerit non ad mortem. Addit continuo: Est
peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut roget, quis, ac si
dicat, de peccato, quod est ad mortem non tam
certam promitto veniam, si quis pro alio peccante
ad mortem orauerit: atque ideo non dico, ut pro
eo roget quis cum tanta fiducia & certitudine
consequendi veniam, absolute tamen non prohi-
bet orare. Peccatum autem ad mortem intelligit
Caietanus omne peccatum peculiare in Spiritum
sanctum. Quo etiam spectat peccatum ex certa
scientia. Ego vero peccatum ad mortem vocari
puto, graue peccatum in quouis genere, praeser-
tim cum obliuato animo in malum committit-
tur, à quo non separatur resurrectio.

Secundus locus in Scriptura est Marc. 12. Qui
dixerit verbum contra Scripturam sanctam, non remitte-
tur ei, neque in futuro. Caeterum Armacanus ex hoc
loco nihil probat, ut ex interpretationibus illius
patebit. Augustinus in commentariis inchoatis in epistol.
ad Roman. circa finem; & in epistola 50. etiam prope fi-
nem, & lib. 2. contra Cresconium cap. 8. docet, pecca-
tum hoc esse finalis impenitentiae. Verumta-
men Christus Dominus loqui videtur de pec-
cato aliquo peccato in hac vita: opponit
enim blasphemiam in Filium hominis, quam
dixit remitti in hoc saeculo, blasphemiam in
Spiritum

igitur eos optima ratione, & ostendit propin-
quiores esse salutem, quam maledictio, & reprobationi;
quia licet in peccatum prolapsi essent, operibus
tamen misericordiae, quae ministris Euangelij prae-
stiterunt, & adhuc praestabant. De misericor-
diam essent impetraturi. Neque enim iniustus,
& infidelis est Deus, qui promissionis suae, quam
misericordibus fecit, obliuiscatur.

Obiter tamen obseruandum est, hoc loco non
tam respicere Apostolum ad promissionem Dei,
quam de retributione vitae aeternae bonis iusto-
rum operibus spondit, quam ad illam, qua mi-
sericordiam, & remissionem peccatorum miseri-
cordibus promisit. Cum vero Concil. Trid. sess. 6.
cap. 16. dicit proponenda esse iustis hominibus
Apostoli verba 1. ad Cor. 15. Abundanter in omni
opere bono, & ad Hebr. 6. Non enim iniustus est Do-
minus: recte admonet haec, & similia proponen-
da esse iustis hominibus, quia non minus, imo
magis promissa est bonis iustorum operibus aet-
erna vita, quam impiorum bonis operibus pec-
catorum remissio. Cum ergo non sit iniustus
Deus, ut obliuiscatur eius, quod impijs, & scele-
ratis pollicitus est, multo minus erit iniustus, ut
non compleat id, quod iustorum operibus pro-
misit.

Porro Patres superius allegati, de baptismo et-
iam interpretatur illud ad Hebr. 10. Voluntarie e-
nim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis
iam non relinquuntur pro peccatis hostiae: terribilis autem
quedam expectatio iudicij & ignis emulatio, quae con-
sumptura est aduersarios: ac si diceret Paulus, non
relinquuntur secundum baptismum; quorum inter-
pretatio mihi etiam non probatur. Paulus ete-
nim in illo cap. paucis antea verbis, dum excel-
lentiam sacerdotis Christi praedicaret ipsum sa-
cerdotibus veteris testamenti anteposuit, quod
illi easdem hostias quotidie repeterent, ipse au-
tem Christus una sola oblatione consummaverit,
& expurgauerit omnia. Deinde aliquibus inter-
iectis infert, voluntarie peccantibus non superes-
se nouam hostiam, & oblationem (id enim signi-
ficat verbum, Non relinquuntur) sed antiqua, quam
semel Christus noster sacerdos obtulit, omnes
esse expiandos.

CAP. II.

Sufficiens auxilium propter priora peccata adultis
nonnunquam denegari, senserunt Henri-
cus, & alij.

Nillus est inter Scholasticos, praeter Arma-
canum, qui dicat peccatum ex genere suo
lege ordinaria Dei non posse remitti: sunt tamen
non pauci, nec infirmi nominis Theologi, qui cen-
sent, interdum propter priora peccata ita destitui
homines per aliquam certam vitae periodum, ut
nec sufficiens, & necessarium eis concedatur au-
xilium, quo obseruare valeant mandata credendi,
penitentiae, & alia huiusmodi, atque peccata deu-
itare. Sententia est Henrici quod lib. 8. q. 5. tamen si
non nihil de ea dubitet. Sed clarius id docet Abu-
lensis in 4. cap. Matth. 6. 12. Gregor. in 1. dist. 46. quae-
st. 1. circa solutionem. 3. dum ingurgat secundam
solutionem, Caietan. in cap. 19. Ioan. in illa verba. Non
poterant credere. Rosensis art. 2. 6. contra Luther. Ruar-
dus Tap. in art. 7. pag. 254. qui licet asserat opposi-
tam sententiam esse magis piam, hanc tamen
putat esse doct. Patrum multo magis conformem
Vázquez in 1. part. Tom. 1.

Probant primo ex Scriptura Eccles. 7. Conside-
ra opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despe-
xit. Secundo Machab. 9. de Antiocho dicitur: O-
rabat seclerus Dominum, a quo non esset misericordiam
consequutus. De Pharaone quoque passim Scri-
ptura Exodi refert, induratum fuisse cor eius, ne
signis, & portentis moueretur Ioan. 12. Propterea
non poterant credere, scilicet Iudaei, quia iterum dixit
Isaias: Excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.
& quibus locis, & multis alijs, quos pro hac
sententia refert Driedo, Scriptura significat, im-
possibile esse aliquibus, aut ad Deum conuerti,
aut credere, aut denique bonis operibus consen-
tire.

Secundo probatur ex Patribus. Isidor. lib. de sum-
mo bono cap. 15. Nonnulli, inquit, ita a Deo despicun-
tur, vel deplorare sua mala non possunt. August. vero
eiusque discipuli omnium clarissime id tradide-
runt. Mitto autem multa August. testimonia,
quibus docet, eos, qui reprobi sunt, & indurati,
aut quorum Deus non miseretur, quia non vo-
cat eos vocatione congrua, non posse Deo re-
spondere: quale est illud lib. 1. ad Simplician.
quaest. 2. Ad alios vocatio quidem peruenit, sed quia
talis fuit qua moueri non possent, vocati quidem dici po-
tuerunt, sed non electi. Simile quid habetur de pra-
dest. Sacerd. cap. 6. & 8. de bono perseverant. cap. 8. &
14. de praedest. & gratia cap. 15. de natura, & gratia ca-
18. in Enchirid. cap. 103. His enim facile quis re-
spondere posset, Augustin. ibi tantum asseruisse
impossibilitatem sequentem, quae nascitur ex
praesentia vocationis, & nullo modo tollit li-
bertatem, atque facultatem faciendi oppositum:
supposita tamen praesentia, cum qua confer-
tur, quia etiam supponitur effectus non futurus,
impossibile est, cum ea recte operari. De qua im-
possibilitate sequenti, & de necessitate opposita,
satis superque a nobis dictum est, disputatione
68. cap. 4.

Referam igitur huius Patris manifesta testi-
monia ad duas classes reducta, quibus hanc sen-
tentiam expressisse videtur. Prima est eorum in
quibus dicit, neminem a Deo deseri, nisi ipse
Deus ab homine prius deseratur: libr. ergo ad
articulos sibi falso impositos artic. 7. sic ait: Qui
scilicet Deus, nisi prius deseratur, neminem deserit,
& multos desertores ad se conuertit. Quam senten-
tiam ex ipso desumpsit Prosp. ad obiectiones Vincen-
tianas, responsione 7. si liber ille ad articulos sibi
falso impositos est August. multi enim putant,
esse Prosperi. Ad obiectiones Vincentianas, desum-
psit etiam & Fulgent. libr. 1. ad Monim. cap. 13. vbi
ait: Iuste deseritur a Deo qui deserit Deum. Et quod
caput est: Concilium Trident. sess. 6. cap. 11. de iusti-
ficatis eodem modo inquit: Deus namque sua gra-
tia iustificatos non deserit, nisi ab eis deseratur. Quae
sane verba Patrum, & Concilij de gratia habitu-
li nequeunt intelligi, ut sit sensus, neminem
spoliari gratia habituali, nisi ipse prius peccato
suo a Deo auertatur: tum quia Patres ibi contra
Pelagium necessitatem gratiae adstruere molie-
bantur: cum hoc autem heretico quoties de gra-
tiae necessitate disputabatur, nunquam de gratia
habituali, aut de gratia remissionis peccatorum,
sed de auxilio quotidiano ad recte viuendam, &
tentationes superandas, Patribus fuit controuer-
sia: tum etiam quia Concilium eo loco definit
iustificatos obligari ad obseruationem manda-

H h h torum

Probatur haec

opinio 1. ex

Scriptura.

Eccles. 7.

2. Mach. 9.

Ioan. 12.

Isai. 6.

Dried.

2. ex Patribus

Isidor.

Augustin.

12.

1. Classis re-
simoniorum

Aug. pro hac

sententia.

Prosper.

Fulgent.

Concil. Trid.

locus argu-

sur.

13.

torum ex auxilio Dei: hoc autem non est gratia habitualis, sed sancta cogitatio, qua ad eorum observationem excitamur: & eadem *scilicet* cap. 13. ex ead. Aug. doctrina de perseverantia sic loquitur. Nemo sibi aliquid certo absoluta certitudine pollicetur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare omnes debent: Subiungit rationem: Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet operari velle, & perficere. Cum ergo particula, nisi, quæ vim habet, exceptivæ, semper affirmet id, quod in reliqua parte orationis negatur: vel neget, quod affirmatur: sensus illius sententiæ Aug. Deus nisi prius deferatur, neminem deserit, hic erit, Deus deserit illum, a quo ipse Deus deseritur, & neminem alium deserit. Illam enim propositionem, Nullus nisi Petrus disputat, logici ita exponunt, Petrus disputat, & nullus alius disputat. Sequitur ergo deum negare auxilium sufficiens peccanti, quod est, ipsum deferere, & nemini alteri illud negare.

Huc etiam spectat sententia Aug. eodem libro ad articulos sibi falso impositos artic. 15. ex quo desumpsit *Prosperus* lib. ad obiectiones Vincentianas responsione. 15. Nemini autem, inquit, Deus correctionis adimit viam, neque quemquam boni possibilitate disponat: quia qui se a Deo diuerit, ipse & velle, quod bonum est, & posse sibi abstulit. Ac si dicat: cum Deus neminem deleat, nisi ipse prius ab homine deferatur, atque ita nulli denegat auxilium, nisi propter peccatum, fit, ut nulli Deus ex se auferat possibilitatem recte operandi, sed quisquis ea caret, suo proprio merito illam amiserit.

Respondere posset aliquis, Aug. alios Patres, & Concilium loqui de auxilio efficaci, & congrua vocatione, non autem de sufficienti. Huic tamen responso duo obstant: vnum est, quod ille, qui caret auxilio efficaci, & suo peccato illud amisit quamvis dicatur sibi abstulisse hoc, quod est, velle bonum tamen non dicitur ipsum posse, aut possibilitatem boni perdidisse, sicut ait Aug. de eo, quem Deus deserit. Alterum est, quod licet auxilium efficace, & vocatio congrua aliquando denegetur propter priora peccata; prima tamen negatio efficaciæ auxilij, & congruæ vocationis nunquam est ex prioris peccato, & ratione illius recte dicitur, Deus, quem vult indurare, pro sua scilicet voluntate, absque vlla præcedentium operum ratione. Quare ratione negationis huius prioris, falso diceretur Deus neminem deferere, nisi prius ab aliquo ipse defereretur.

In altera classe sunt alia testimonia, quibus docet Augustinus, hominem aliquando a Deo ita derelinqui, ut ei non imputetur, tunc non obtemperare, sed talem se præbuisse, ut ei cor obduraretur, & obtemperare non posset. Ita docet in expositione quarundam propositionum epistolæ ad Rom. cap. 62. Non ergo, inquit, hoc illi, scilicet Pharaoni, imputatur, quod tunc non obtemperavit, quandoquidem odurato corde obtemperare non poterat, sed quia talem se præbuit, cui cor obduraretur. Quod si eo tempore, cum non obtemperavit, haberet sufficientem auxilium, quo posset obedire, tunc ei imputaretur, non obtemperare. Cum vero multa illius libri postea retractaverit, hoc nunquam correxit.

Deinde libro de correptione, & gratia, ubi iam Episcopus de gratia Dei exactissime loquutus est, cap. 11. post medium de auxilio necessarium homini, & Angelo ita scribit: Si autem hoc adiuto-

rium vel Angelo, vel homini, quam primum facta sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine diuino adiutorio posset manere, si vellet, non vique sua culpa cecidissent, adiutorium quippe defuisset sine quo manere non possent: nunc autem quibus deest tale adiutorium, tam pena peccati est. Quæ sane verba non de auxilio congruo, & efficaci, sed de sufficienti intelligenda sunt. Nam quicumque peccat, auxilio congruo, & efficaci caret: quibus nihilominus culpa imputatur: illud autem auxilium, de quo loquitur Aug. tale est, ut sine eo operantibus culpa non imputetur: hoc autem aliud esse nequit, quam sufficientem, & necessarium: cum ergo de illo dicat Aug. Nunc autem quibus deest tale adiutorium, pena peccati est, plane sentit, aliquibus hominibus nunc denegari, verum quia culpa eorum denegatur, ideo nihilominus imputari illis peccatum, quod tamen primo homini, aut Angelo non imputaretur, si absque vlla ipsorum culpa tale auxilium eis subtraheretur.

Tertio præcedens sententia hac ratione probatur. Sine gratia congrua, & efficaci nemo consentire potest, aut operari: ergo hac gratia necessaria est ad operandum: atque ea denegatur omnibus, qui non operantur, prout oportet: ergo auxilium gratiæ necessarium non omnibus conceditur. Verum hoc argumentum non tam præcedentem opinionem confirmat, quam novam ingerit difficultatem: hæc enim gratia negatur omnibus qui peccant, etiam primo peccato: at opinio prædicta non asserit omnibus, qui peccant, sed quibusdam solum propter maxima peccata sufficientem auxilium denegari. Præterea præcedens opinio distinguit auxilium efficace, & sufficientem: hæc autem ratio probare videtur idem omnino esse, nam efficace auxilium necessarium est, si hæc ratio aliquid probat, necessarium autem, & sufficientem idem sunt, itaque hanc rationem addimus non tam, ut prædictam sententiam confirmaremus, quam ut difficultati, quam habet, faceremus satis.

CAPVT III.

Auxilium sufficiens nemini in hac vita deservior sententia est.

Opposita opinio communi omnium Scholasticorum calculo tamdiu ita probata est, ut plerique non dubitent, priori notam erroris inurere. Asserit ergo, nemini in hac vita quâcumque obdurato, & rebeli auxilium sufficientem deservire, sed omnibus offerri. Ita docent *Adrianus* in 4. q. 1. de Penitentia, *Dominicus Sotus* 1. de natura & gratia cap. 18. *Driedo* de redempt. & captiv. gen. hum. cap. 3. *Andreas de Vega* lib. 13. in Concil. Trident. cap. 13. colligitur autem ex *S. Thom.* 3. p. q. 86. artic. 1. ubi sententiam eorum, qui dicunt, aliquod peccatum penitentia deleri non posse, erroris infirmat, vel quia tollere videtur hominis libertatem, vel quia derogant multum virtuti gratiæ, vel denique quia malitia hominis Dei misericordiam superaret; quæ omnia, vel eorum aliqua, sequuntur contra eos, qui affirmant, hominem in aliqua vitæ periodo auxilio sufficienti a Deo privari. Hanc opinionem in uniuersum absque vlla distinctione in hoc capite probabimus, sequentibus autem, ut eam melius explicemus, distinctione præmissa ostendemus, quo pacto Deus auxilium sufficientem omnibus offerat.

Probat

Quadam horum locorum expositio excluditur.

Secunda.

Secunda classis testimoniorum Augustini.

15.

Augustinus.

639

Probat^{ur} ergo primo ex illo Matt. xi. *Venit et ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Vbi cum inuiter Christus omnes ad poenitentiam, sequitur omnibus quoque sufficiens auxilium offerre, frustra enim fine tali auxilio eos ita inuiteret. Secundo probatur ex illo, *qui vult omnes homines saluos fieri.* Nam si aliquibus auxilium saltem sufficientia negaret, sequeretur nullo modo salutem eorum desiderare. Tercio nonnulli robant ex *August. lib. expositionis quarundam propositionum in epist. ad Rom. cap. 62.* vbi sic ait; *Sicut illa misericordia precedenti fidei tribuitur merito, & ista in iudicio precedenti impietati, cum tamen homini non asseratur liberum voluntatis arbitrium, siue ad credendum Deo, siue ad impietatem, vt consequatur nos iudicium.* Et lib. de *predest. & gratia cap. 15.* vbi de Pharaone, & Nabuchodonosore inquit: *Hic manum Domini sentiens, in reclamatione propria inquit ita ingemuit: alter libero contra Dei misericordiosissimam veritatem pugnavit arbitrio.* & cap. 14. de Pharaone scribit. *Patientia Dei ei valere debuit ad salutem; qua differens iustum, meritorium, supplicium, miraculorum verbera crebra denotabat: nunquid non potius flagellis cadens expulso populo, ita miracula credens Deum tantæ virtutis agnoscere?* Vbi cum August. patientiam Dei commendat, de toto illo tempore, quo Pharaonis obduratio perseverauit, plane loquitur. Sentitigitur toto illo tempore potuisse miraculis credendo populum dimittere, & verbo Dei obtemperare. Quod si Pharaon insigne obdurationis exemplum hanc habuit facultatem obtemperandi, consequitur, sufficienti Dei auxilio nunquam caruisse. Verum cum in eodem cap. 62. & aliis citatis locis auxilium Dei sufficientem tam aperte deneger obduratis, nollem eius auctoritate hanc nostram sententia confirmare. Tum etiam non satis constet, an de toto illo tempore loquatur, quo Pharaon miraculis, & flagellis excitatus noluit obedi-
re, aut de ea solum parte, in qua nondum sufficienti auxilio Dei defuitur obtemperare potu-
it, nam cap. illo 62. tempestas aliquod assignat, quo iam nec posset obedi-
re, nec illi ad culpam tunc imputaretur, sed in principio, cum talem ei præbuit, vt à Deo mereretur obdurari.

Idem quoque probari videtur, primum ex
Prospero 2. de vocatione Genit cap. 25. alias 8. vbi,
 postquam offendit, esse quamdam generalia dona
 gratiæ (nam ex communibus Dei beneficiis, &
 effectibus homines auctorem sui cognoscere
 possunt) subingit hæc verba; Deo autem placuit
 hæc multis tribuere, & illam à nemine submovere. Con-
 sentit *Augustinus* epist. 7. his verbis; Sicut medicus nu-
 lla est infirmis plaga, ita neque aliquo tempore testifi-
 catum deperire medicum. Horum tamen Parum teles-
 tificum prætermittis, quod fortassis in eadem
 sententia, adest nobis *Paulus Orosius*, & ipse quo-
 que *Augustinus* coartantes, & doctrinæ illius acerta-
 rum defensor, in *Apologia* per arbitrii liberta-
 tem satis autem medium, vbi ita scribit; Mea semper
 hæc est fides, atque indubitata sententia, Deum adiuvo-
 rium fuisse non solum in corpore suo, quod est Ecclesiæ,
 cui specialia ad credendum fidei gratiæ suæ dona largi-
 tur, verum etiam universis in hoc mundum genitibus pro-
 pter longanimitatem suam, æternamque clementiam sub mi-
 nistrare, non ut in assertis, cum discipulo tuo *Celsio*, qui
 iam apud Africanum synodum occulta illa impiorum
 dogmatum natura censis est, in solo naturali bono, &

in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam gratiam con-
tributam, sed speciatim quotidie per tempora, per dies,
per momenta, per ætas, atomas, & uiculis, & singu-
lis ministrare. Vbi auxilia gratiæ distincta à dono
creationis fateretur singulis hominibus per singu-
las occasiones offerri. Porro hoc auxilium con-
ferri ad vincendas tentationes, & ad Deum ve-
rum cognoscendum ibidem docet, vt cap. 4. etiam
referemus. Demum Origenes li. 3. Periarchi,
cap. 1. affirmat, posse hominem in tantum malum
deuenire, vt æqualis sit malitiæ demonum:
addit tamen omnes peccatores, quandoque sunt in
hac vita, reparari posse. Cauenda nihilominus i-
bidem sunt quedam ipsius verba, quibus varia
assignat remedia, vt homo lapsus sanari possit.
Fateor sane suspecta mihi esse testimonia Pro-
speri, & Fulgentij, quod diligentissimi, & exa-
ctissimi Augustini discipuli sint, & oppositam vi-
deantur sequi sententiam, vt ex testimonijs su-
periori cap. in prima classe recitatis liquet. Locis
ergo nunc à nobis allegatis forsitan gratiam exte-
riorum signorum, & beneficiorum medicinas,
etiam exteriores peccati concesserunt, in alijs ve-
ro auxilium interioris inspirationis, de quo nunc
est controuersia, negarunt.

Verum enimvero cum de Dei misericordia multa, magnoque iure presumere debeamus, tamque egregia, & præclara Scriptura prædicer, atque ex sola Dei voluntate pendeat, tale auxilium alicui denegari, nisi nobis de hac voluntate manifeste cõset, id nullo modo affirmare debemus; ea vero voluntas non aliunde quam Scriptura, aut reuelatione, seu traditione potest innotescere: Cum ergo nullo ex his modis Dei propositum nobis notum sit, temere affirmabimus, illud auxilium aliquibus denegari. Atque ab Augustino, & aliis, qui id docuerunt, petere possumus, vnde nam huius voluntatis Dei certiores fuerint effecti? loca enim Scriptura, siqua sunt, quæ priori sententiæ fauere videntur, cap. 6. facile declarabimus; nonnulla etiam cap. 1. huius cõp. à nobis exposita sunt.

C A P V T IV.

*Ad observationem praecepti occurrentis, & vincen-
dam imminentem tentationem nulli suffi-
ciens auxilium deesse.*

Bis iam auxilio Dei necessario, & sufficienti indigemus; primum, ad observationem præcepti occurrentis, & vincendam tentationem. Præterea ad opera virtutis extra tempus præcepti, vt ad penitentiam, quando quis in peccato est, videt nodum huius præcepti opportunitas occurrir. In præfenti vero capite de priori est nobis disendum, de posteriori in sequenti; ex quibus manifestum erit, an Deus aliquando de neget huiusmodi auxilium. Circa primum autem observandum est, quædam esse præcepta, quæ Scholastici vocant supernaturalia: qualia sunt fidei, spei, & charitatis: quædam vero naturalia, qualia sunt moralium virtutum, quæ acquisitis vocant. Nota deinde, quæ præcepta, quæ supernaturalia sunt, egere ad sui observationem tanquam principio cogitatione supernaturalis ordinis, nec villo modo sufficere naturalem.

His positis pronuncio, nunquam occurrere nobis obligationem præcepti, aut tentationem

H h h 2

fine

sine sufficienti cogitatione, qua & hanc vincere, & illud obferuare possumus. Loquor autē de p̄cepto affirmatio, cui non solum tempus adest, quo solet obligare, sed etiam cuius obligatio memorie occurrat: nam si nulla illius in mētem subiret cogitatio, nulla nobis eius obligatio incumberet, vt manifestum est, & ostendimus 1.2. qu. 76. a. 2. & 3. Porro autem aut occurrente p̄cepto, aut vrgente tentatione omnibus dari sufficiens auxilium duplici ratione probatur: prior est, quia alioqui sequeretur, quandoq; viatorem scilicet transgredi p̄ceptum, aut succumbere tentationi, & tamen ei culpam non imputari. Quare nec de illo, quem Deus multo tempore sustinet, & tamen ille obfirmatur in malo, & tali auxilio destituitur, dici posset illud ad Rom. 2. *Secundum autem duritiam tuam, & impenitentem cor, thesaurizans tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei;* nam si ei ad culpam iam nō imputatur transgressio, quod auxilio sufficienti sit destitutus, efficitur, vt ipse nouam p̄nam non mereatur, ac proinde nihil irē dei sibi indies thesaurizet, quod est absurdum.

2.2.
Probatur
primo.

Ad Rom. ii.

Responsio.

Refutatur.

Probatur
secundo.

23.

Voluntas
tentatione
non
trahitur
nec
cessario.

8. Thom.

Dicit aliquis, ex doctrina Aug. quam 1. c. retulimus, tunc sane cum obduratus actu transgreditur p̄ceptum, vel tentationi consentit, culpam ei non imputari, sed eo tēpore, quo talem se p̄buit, vt à Deo destitui mereretur. Verum contra hoc est manifesta ratio, quoniam vt euentus obdurationis imputaretur, debebat esse aliquo modo p̄uifus, aut cogitatus, at cum aliquis peccat, & de tali euentu nihil cogitat, neque rationem habet dubitandi, aut quia menti non occurrat, aut quia secundum sententiam probabiliorē putat, nunquam tale auxilium à Deo de negari, talis euentus neque in se, neque in causa ei imputari potest; ac proinde maius supplicium, & iram Dei nullo modo ipse meretur. Posterior ratio. Quamuis verum sit, supernaturale p̄ceptum impleri non posse, deficiente cogitatione supernaturali, quia tamen quoties menti occurrat supernaturale p̄cepti obligatio non sine notitia supernaturali se offert, ideo nūquam deest libertas in voluntate ad illius obseruationē propter defectum cognitionis: cumque nihil contrarium occurrere possit, quod necessario ad se trahat voluntatem, quamdiu homo est sui compos, fit, vt semper in voluntate maneat libertas ad implendum p̄ceptū supernaturale, quoties illius cogitatio menti occurrat. Præterea dum aliqua tentatio se offert, non necessario mouet, & ad se attrahit voluntatem, quamdiu ratio non perturbatur, & ad oppositum aduertit: ergo nullus ita obduratur, vt non possit p̄ceptum occurrens implere, & tentationem vrgentem superare, aut ciuitare non consentiendo.

Porro neque aliquo occurrenti contra p̄ceptum, nec tentatione quæ se offert, necessario trahi voluntatem, manifestum est: quia ex communi sententia Doctorum voluntas non necessario mouetur quoad exercitium, nisi ab obiecto, in quo apparet omnis ratio boni, & nulla ratio mali apprehendi potest. Quocirca S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 2. plane affirmat, voluntatem nostram à nullo obiecto necessario moueri, intelligit in hac vita: imo vero sunt Theologi, qui putent, neq; à supremo bono clare viso allici necessario: atqui tentatio, & id quod contra p̄ceptum occurrat, non

potest sub omni ratione boni apprehendi, vt patet: ergo nec potest voluntatem necessario ad se mouere. Quo fit, vt non solum Deus neminem destituat auxilio sufficienti & necessario, cum quo integra maneat voluntatis libertas, sed neque possit illud auferre, quoties ratio non perturbatur, & sufficienter aduertit, nam si aliterum horum contingat, nec libera manet moraliter, nec culpa illi imputatur. An vero aliunde pati possit nostra voluntas necessitatem, ex p̄definitione scilicet Dei, vel aliqua applicatione ad operandum, disp. 99. cap. 8. docebitur.

Ex hoc tamen, quod diximus, nimirum omnem tentationem ita occurrere nobis, vt non Gladius possit non secum afferre principium sufficiens, quo vinci possit, non licet colligere, necessarium non esse auxilium gratiæ per Christū, ad vincendas singulas tentationes, aut saltem vehementiores, de quo 1. 2. q. 109. art. 2. ex professo dicendum est. Nam licet principium illud cognitionis, quod secum necessario affert tentatio, vt libertatem in nobis integram seruet, & consensus in illam nobis imputetur, non sit gratia, sed necessario connexa tentationi ad duplicem illum effectum: quia tamen nulla tentatio de facto superatur, nisi congrua vocatione, sine qua nihilominus manet libertas ex parte voluntatis, imo si aliquis de facto vincit tentationem, necessario sequitur, vocatione congrua fuisse excitatum: ideo gratia necessaria est, hoc est, congrua vocatione, necessitate tamen sequenti, quam secum affert scientia visionis, vt tentationem vincamus: licet cum sola illa cogitatione, quam secum tentatio necessario affert, vt relinquat in nobis libertatem ad peccandum, quæ minor, & inferior est, quam congrua: potens sit voluntas ex parte causæ ad quamlibet tentationem superandam. Sed de hoc latius loco citato.

Hanc sententiam de auxilio sufficienti ad superandas tentationes, tradidit nobis expresse Paulus Orosius in Apologia pro arbitrii libertate antemedium, ubi sic ait: *Quantum ergo de Dei adiutorio gaudeamus, per id metire, quod ministrari per singula etiam gentium probet, vt manifestum nobis esset, quem vsque in finem caute, & quem sine cessatione inuocare debeamus.* Et paulo infra: *Itaque cum videas, hominibus ignaris tantam diaboli incubuisse nequitiam in disperdendum, nullam hinc credis Dei in custodiendo gratiam preiussisse: loquitur autem de vniuersitate gentium.* Et paucis interiectis: *Ad vero vt adesse adiutorium Dei & per singula, & per singulos manifestus probet, & adducit vero in huius confirmationem id, quod de Iob dixit Diabolus: Nonne tu valasti eum: & probat totam gentium vniuersitatem habuisse Dei adiutorium, & post multa concludit his verbis: Ex quo euidentissima declaratum est, nemini hominum deesse adiutorium, preteritum cum seductor insinuat, id est, diabolus tentet, & insit infirmitas, scilicet carnis, & nature nostre, qua ad peccatum pronocatur.*

CAPVT V.

Ad penitentiam, & ad fidem non omnibus momentis, seu certis temporibus, Deus confert auxilium sufficiens.

Superest, vt de altero, quod p̄ced. c. proposuimus, nonnihil dicamus, de auxilio nempe sufficienti, & necessario, quod confert Deus ad credendum: qui nihil de myst. eris nostre fidei audierunt, aut de auxilio ad penitentiam, quando quis

*Gentiles qui
nihil super-
naturale au-
dierunt non
sunt destituti
auxilio suffi-
cienti per
Christum.*

do quis nondum præcepto fidei, aut poenitentia obligatur. Atque in primis illud supponendum est, non stare omnibus momentis Deum ad ostium, & pulsare; cum enim dicatur Deus hoc facere in nobis non alio modo, quam sancta cogitatione; quoties homo de alis rebus cogitat, & nihil de poenitentia, & peccatis suis, nihil de mysteriis fidei considerat, non dicitur Deus stare ad ostium, & pulsare. At qui hoc sæpe numero contingit, ut experimento compertum est; ergo Deus non confert continuo auxilium, etiam sufficiens, ad hæc opera. Quod si quis dicat, omni temporis momento Deum pulsare, & præstare auxilium suum, explicet obsecro, quid sit in nobis hoc auxilium sufficiens, quod pulsare? nam quod aliqui asserunt hoc auxilium esse præparationem voluntatis Dei, quia ex se præsto est, nisi ex nobis sit impedimentum, sine fundamento dicitur. Hic enim non agimus de præparatione voluntatis dei, quia aduersarij etiam concedunt hanc in Deo esse promptam, nisi ex nobis impedimenta peccatorum obstant: sed controuersia nunc est de auxilio, quod in nobis esse solet effectus voluntatis Dei, utrum semper omnibus detur, an aliquando negetur propter peccata. Cum ergo Deus non perpetuo, nec omni temporis momento excitet cogitationem nostram ad poenitentiam, dicendum est, quibusdam temporis intervallis duntaxat, tangere cor nostrum: & licet semper ad ostium stet, non perpetuo tamen & semper pulsare, sed se habere inuita hominis, qui manu ostium pulsare amicit, & post unum pulsus expectat, an intus respondeat, deinde secundum addit, & sic deinceps.

Hinc autem sequitur, varias esse excitationes, quibus ad poenitentiam vocamur: neque enim una continua est, eaque finita esse, quoniam infinitæ non sunt. Quare consequitur etiam esse ultimam, quæ Deus optime nouit, post quam iam amplius cor hominis non excitabitur; id quod experimento didicimus. Nam contingit hominem timore correptum de poenitentia antea de vitæ serio cogitare, ad eam tamen nihil moueri, atque paulatim a tali consideratione cessare, & ad alia attendere, eaque distractione animi perseverante aut occidi, aut subito interire. In hoc sane vltima excitatio, & auxilium sufficiens ad poenitentiam fuit illa postrema cogitatio antea de vitæ; idem de omnibus, qui morbo moriuntur, dicendum est. Hi enim licet frequentius ea cogitatione tangantur, tandem deueniunt ad aliquam vltimam, post quam iam de poenitentia nihil cogitant. Quod si aliquis eo tempore, quo imminet mortis periculum ad poenitentiam non exciteretur, sed subito perterritus, de euadendo periculo solum cogitet, & ob id in peccato moriatur, propter alia peccata, iuste damnabitur, nec de Deo queri potest, quod ipsi ad poenitentiam non excitauerit.

Deinde de auxilio sufficienti ad credendum, aliter sentiendum est: nam cum adest prædicator, qui proponit credenda, tunc præcepti obligatio incumbit, & ipsa prædicatio secum affert excitationem sufficientem ad credendum: tamen si infidelis, qui semel audiuit prædicationem, & postea discessit ab eo, non continuo tangatur, & excitetur ad credendum: sicut nec peccator ad poenitentiam: sed statis temporibus, & quibusdam intervallis ita, ut ad vltimam excitationem deueniat, quod eodem modo probandum est.

Vasquez in 1. part. Tomus I.

De gentibus vero, qui nihil prorsus supernaturale audierunt, dicendum est, innumeros quidem nonquam fuisse proxime excitatos aliqua sufficienti cogitatione ad credendum verumtamen auxilio sufficienti ad salutem, & ad credendum non fuisse omnino destitutos. Enim vero per plures operum occasiones varie fuerunt excitati, ut bene operarentur, & in peccatum non consentirent, cogitationibus iniucem accusantibus, & defendentibus, ut ait Apostolus ad Rom. 12, quibus aliquid Dei gratia non solum creationis, sed etiam gubernationis, quæ est per Christum ad recte vivendum impertitur, quod si bene viderentur, Deus vltiora auxilia, & maiora concederet ad credendum, quæ supernaturalia sunt: concessa etiam illis fuit quedam mensura gratiæ, quia scilicet hoc vniuersum, & machina celestis prædicat Deum auctorem omnium, quem inuocare debeamus. Ideo sapient. 13. dicitur: *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his quæ videntur, bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem.* Prosequitur deinde, quo pacto excusari nequeant, qui ex has fabrica vniuersi verum Deum, & auctorem omnium non cognouerunt.

Eandem particulam gratiæ cōcedit omnibus gentibus: Prosper libr. 1. de vocatione Gent. cap. 2. alias 7. & secundo libr. 1. cap. 13. alias 5. & cap. 19. alias 7. & ca. 23. alias 8. cuius verba hic placuit referre. *Sine igitur nouissima contemplantur secula, seu prima seu media: notabiliter, & pie creditur, omnes homines saluos fieri Deum velle, semperque voluisse. Et hoc non aliunde monstratur, quam de his beneficiis, eaque providentia Dei, quam vniuersis generationibus communiter, atque indifferenter impendit. Fuerunt enim, ac sunt huiusmodi dona ita generalia, ut per ipsorum testimonia ad querendum verum Deum possent homines adiuuari, quibus donis auctorem suum per omnia secula protestantibus specialis gratiæ largitas superfusa est. Sentit igitur bene vltimis prioris illa, & generali gratia, specialiter aliam superfundit. Idem habet cap. 31. alias 10.*

Id ipsum testatur Psal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiant firmitatem eius.* Quem locum citat Paul. ad Rom. 10. ut ostendat, sine prædicatione neminem audire, & credere posse in eum, quem inuocare debet. Sentiant vero Patres communiter, locum illum adductum à Paulo in sensu mystico, & de Apostolis intellectum, nam psalmus ad litteram de cælis corporeis huius vniuersi loquitur. Dicant itaque intelligi à Paulo de Apostolis, de quorum prædicatione dicit: *Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum.* Aut quia more prophetico videtur præterito pro futuro, aut quia iam eo tempore facta erat prædicatio per totam Palestinam, quæ more Scripturæ dicitur omnis, vel vniuersa terra.

Hac vero expositione Patrum non obstante Iansenius in illum psalmum non absque probabilitate existimat, hunc locum allegari à Paulo in sensu literalis, & de cælis corporeis intelligi. Ipsi namque prædicant Deum auctorem suum, ut Psal. mus ipse significat, & Sap. 13. habetur atque eorum prædicatio ad omnes peruenit. Ex quo probat Paulus omnes tam Iudeos, quam Græcos, aut barbaros posse Deum cognoscere, & ipsum inuocare, & hic sensus ex ipso contextu perspicue probatur, Dixerat enim Paulus. *Non enim est distinctio*

Hhh 3 Iudæi,

Secundo Pros.

29.

*Psal. 18.
Ad Rom. 10.*

30.

Iansen.

Iudei, & Græci (scilicet apud Deum) Nam idem dominus dices in omnes, qui inuocant eum. Omnis enim qui-
cunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quibus
verbis nomine Græci ceteras gentes vniuersi præ-
ter Iudæos intelligit; vt ita ostendat gratiam Dei
æqualem esse erga omnes nationes. Sed obiicit
sibi Paulus; *Quomodo inuocabunt, in quem non cre-
diderunt? aut quomodo credent sine prædicante?* ac si
dicat, distinctio est Iudæi, & Græci apud Deum,
neque ipse dices dona gratiæ suæ omnibus eque
largitur, siquidem non omnes ipsum inuocare
possunt, quod sine aliquo prædicatore illius no-
ticiam habere nequeant, & ad omnes nationes
hactenus prædicatores non miserit. Respondet
autem his verbis; *Et quidem in omnem terram exiuit
sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Intelli-
git absque dubio non modo in Palæstinam, sed in
Græcia quoque, & in omnes barbaras nationes.
Loquitur autem non de eo, quod futurum erat per
Apostolorum prædicationem, sed de eo, quod ad
illud vsque tempus acciderat. Quia scilicet omni
tempore Deus neminem à sua gratia exclusit, quo-
minus ipsum inuocare posset, & ideo hac cæle-
stium corporum machina, & pulchritudo omni-
bus semper se ipsum manifestauit.

Si ergo gentiles hac gratia Dei bene vterentur,
abundantior, & magis explicita mysteriorum fi-
dei cognitio ipsis donaretur. Sed quia initium
illud habuerunt, recte colligitur, auxilio sufficien-
ti ad credendum, & ad salutem non fuisse destitu-
tos; non quia eis concessum fuit auxilium, quod
proxime ad fidem omnium mysteriorum eos ex-
citaret, sed quia aliquod datum est, quo deum co-
lere, & inuocare quodammodo possent, quo si be-
ne vterentur, maiora in dies haberent. Ita de his
communibus auxiliis sentiunt Alex. 3. p. q. 69. m. 3.
ar. 1. ad vlt. & 2. p. q. 112. m. 3. casu 1. Bonau. in 3. d. 25.
ar. 1. q. 2. ad vlt. Duran. q. 1. n. 9. Gabriel in 2. d. 22. art. 3.
dub. 1. Adrian. quod lib. 4. art. 1. principali in 2. puncto.
Sorus lib. 2. de natura & gratia cap. 12. in fine, & in 4. d.
5. q. 1. art. 3. in fine. S. Tho. q. 14. de veritate, art. 11. ad 1.
& Paulus Oros. in Apolog. pro libert. arbit. quem c. præ-
ced. allegauit, cum ait, ministrari singulis adiuto-
rium, quo manifestum sit illis, quem cauere, &
quem inuocare debeant.

Verum in hac re cauendum est, ne villo modo
dicamus, homini bene operanti ex libero arbi-
trio gratiæ auxilia conferri, hoc enim absurdum
est, vt disput. 91. satis ostendimus. Atque ex hac
doctrina facile intelligitur illud, quod Scholasti-
ci communiter asserunt, de homine nutrito in
syluis, de hoc enim non aliter sentiendum est,
quam de homine apud Indos, aut in media gen-
tilitate nato, vbi ne verbum quidem mysteriorum
nostræ fidei audinit. De his ergo dicendum est,
multa communia auxilia habere, quibus si recte
operareptur, Deus etiam sine miraculo ab æterno
res ita disposuisset, vt non deesset illis, qui cetera
ad salutem necessaria doceret, facile enim etiam
absque miraculo ordinare posset, vt Christianus
aliquis vel certe plures, longinquas illas regiones
penetrarent, sicut iam penetrarunt auri, & argen-
ti cupiditate allecti. Quod verò nullus hactenus
in has, vel illas prouincias appulerit, iusto dei iu-
dicio effectum est, quia ab æterno vidit, multis
communibus auxiliis eos male vsuros.

Sed quæret aliquis, vtrum hæc cōmunia auxilia
sint solū ex gratia creationis, an ex gratia Christi,

quæ ad recte viuendum est necessaria? Respon-
deo, si quis bene vtatur priori aliquo auxilio, &
propter illius bonum vsum Deum aliquam aliam
gratiam donec, absque dubio illud prius auxilium
non fuisse donum solius creationis, sed per Chri-
stum ad recte viuendum; quia operandi ex solo
creationis dono nō datur gratia, vt in illa disp. 91.
satis demonstratum est. Addo etiam præter com-
munia auxilia, quæ necessario videntur sequi ex
dono creationis, quibus homo nunquam recte
operabitur, vt ei gratia Christi conferatur, esse et-
iam in gentibus alia auxilia illius gratiæ Christi,
quæ datur ad recte viuendum, dum interius cogi-
tatio hominis moueat ad cognitionem veri Dei,
ad rectam vitam, & ad tentationes superandas,
quibus interdum, aut fere semper Gentiles resis-
tunt. Illud tamen indubitatum est, quoties illis
vera mysteriorum cognitio denegatur, plura eos
commisisse peccata: alii quæ communioribus au-
xiliis gratiæ fuisse male vsos, ac proinde maiora
illis auxilia non concedi.

CAPVT VI.

Diluntur argumenta prioris sententiæ.

Inter ea, quæ pro priori sententiâ cap. 1. allata
sunt, fateor esse quædam difficiliora, qualia sunt
August. testimonia, quibus nescio, qua ratione la-
tis fieri possit. Quare necesse erit fateri, August.
eius fuisse sententiæ; alia vero facilius in bonum
sensum explicari possunt: nunc ergo ad singula or-
dine suo dicamus. Ad scripturæ testimonia respo-
deo Eccles. 7. & Ioan. 12. illud non posse, quod idem
est, atq; impossibile, sumo pro difficili: quare ne-
minem posse corrigi, quem Deus despexit, &
Iudæos non posse credere, ideo dicitur, quia diffi-
cile est talem corrigi, sicut erat difficile Iudæos
credere: vel certe de impossibilitate consequenti,
quam secum affert præscientia Dei, commodius
intelligitur, quia necessario colligitur hoc moder-
ille corrigitur, ergo non despicitur à Deo, & ille credit
predicationi, nec impeditur gloria huius mundi, qui minus
credat: ergo non querit gloriam illam. Sic enim qui
corrigitur, & qui credit, præuenitur, vt congrue
contra omnia aduersantia vocetur. Qui vero non
ita congrue vocatur, non potest respondere im-
possibilitate consequenti, quia sic vocatus, præ-
scitur non responsurus. Testimonium autem An-
tiochi solum probat, illum non fuisse consequen-
tium à Deo misericordiam, & penitentiam, nec
cum lachrymis postulare, eo quod recte non
postularet, non quia destitutus esset auxilio quo
recte postulare posset.

Ad testimonium Patrum in primis dico, Illi-
dorum, & si qui sunt alij, qui eo modo loquuntur,
explicari posse, sicut testimonia Aug. quæ cōsulto
prætermisi, de impossibilitate consequenti, non
de antecedenti, nam qui non vocatur vocatione
congrua, supponitur ex præscientia Dei iam non
responsurus, & hac supposita non potest respon-
dere. Atque hæc quidem faciliora sunt.

Alia verò, quæ ex August. atulimus, in duas
classes distributa, meo iudicio recte explicari nō
possunt. Quocirca ego non dubitarem Aug. eni-
que discipulos Prosp. & Fulgēt. illius fuisse sen-
tentia: id quod mihi sit admodum probabile, quod
videam nūquam à Prospero, & Fulgentio Aug.
in hac parte excusari, cum tamen ipsum à mul-
tis aliis calumniis defendat, & in bonum sensum

Alexand.
Bonauent.
Durand.
Gabriel.
Adrian.
Sorus.
S. Thom.
Orosius.

Dubium sol-
uitur.

dicta illius interpretentur, & quamvis ea, quæ in priori classe retulimus, in bonum sensum quodammodo interpretari possemus, sicut exponeamus verba Concilii Tridentini, quæ ibidem recitauimus: quia tamen, quæ in posteriori classe allata sunt, nullam benignam patiuntur interpretationem, ideo vtrouique eiusdem fuisse sententiæ Augustinum non dubitamus.

Verba autem Concilii cap. illo 11. vno ex duobus modis puto intelligenda. Primum, ita ut particula nisi non sit exceptiua, sed vim habeat conditionalis, & sensus sit, Deus sua gratia iustificatos non deserit nisi, hoc est, si non, ab eis prius deseratur. Ac si dicat, hoc certissimum est, iustificatos à Deo destitui auxilio suo sufficienti, si ipsi prius non deserant Deum, quid autem, si ipsi deserant Deum, non decernit Concilium, & fortassis contra Aug. opinionem nihil definire voluit. Aut deinde explicare possemus Concilium non de auxilio præuenienti, sed de comitanti. De hoc autem verum est, nemini à Deo denegari, nisi ipse prius deserat Deum: quia nulli deest auxilium comitans, nisi quia ipse non cooperatur, & quia præuenienti auxilio resistit. De hoc autem manifeste loquitur, cap. 13. citato, cum asserit, Deus enim nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut caput opus bonum, ita perficeret operans velle, & perficere. Homines namque deesse dicuntur gratiæ, cum Deo excitanti & vocanti non consentiunt & ideo dicit Anselm. lib. de casu diaboli cap. 7. Angelos malos non recepisse perseverantiam, quia noluerunt eam recipere. ut multis ipse contendit probare: id quod non de auxilio præuenienti, sed de comitanti debet intelligi: nam auxilium præueniens perseverantiam, ex eorum consensu non pendet. Eodem pacto Hugo de Sancto Victore summ. sentent. tract. 2. cap. 3. & lib. 1. de Sacram. p. 5. cap. 24. ait: Sed quia conuertebantur iudicio bene uolebant, quia gratiam cooperantem habuerunt: scilicet auertebantur, non iudicio precipitabantur, quia gratiam cooperantem non habuerunt, sed iudicio à gratia deserebantur: intelligi cooperantem, quia auertebantur: de quo iterum sequi disputationem, cap. 6. & 7. Sic ergo interpretari possumus Augustinum, eius discipulos, cum ita pronuntiant: Deus neminem deserit, nisi prius deseratur, ut intelligatur de auxilio cooperante. Prius enim est hominem resistere gratiæ præuenienti, & ei non cooperari, quam Deum denegare conuersum suum. Quod vero subiungunt: Et multos desertores ad se conuertit, sic possemus explicare: & multos, quæ suæ gratiæ vocanti defuerint, vberiori, & congrua vocatione ad se posita conuertit, ut faciant, quæ debent. Verum cum ex testimoniis posterioris classis de mente Augustini manifeste nobis constet, non videtur satis, si hoc modo priora illa explicemus.

Superest, ut rationi, quæ ultimo loco allata est, respondeamus. Dicimus ergo, gratiam necessariam ad operandum, sine qua operari nemo potest duplicem esse: quædam est antecedens, alia vero comitans. In hac autem disputatione de antecedenti sermo est, an ea, sine qua non potest homo operari, alicui denegetur: nam de comitanti nemo dubitat, multis non concecidi: quia gratiæ vocanti, & præuenienti ipsi desunt, & resistunt. Et quando prædicto argumento colligitur aduersarij: Ergo Deus non dat omnibus, quæ necessaria sunt ad operandum, distinguendum est. Sunt enim quædam necessaria ad operandum necessitate antecedenti,

hoc est, ex parte causæ, quæ priora sunt ipso consensu, & hæc sunt vocationes, excitationes, & gratiæ operantes, quæ nemini denegantur, ut hæcenus explicatum est. Alia vero sunt necessaria necessitate comitanti consensum nostrum, quæ simul cum illo requiruntur, & hæc sunt in nostra potestate, ut sequenti disputabitur: de negantur quæ à Deo iis, qui libertate sua nolunt eis adiunari: & huiusmodi sunt gratiæ cooperantes, seu comitantes. Ex hoc autem Deus nihil nocet nostræ libertati, cum in potestate nostra ea posita sint, & ex nostra libertate nobis desint. Quod enim sine illis non possumus operari, perinde est, atque sine nostra libertate non posse: sicut ergo necessitas consequens, aut comitans non tollit libertatem nostram, ut disputat. 68. capit. 4. ostensum est, ita etiam deesse alicui necessaria ad operandum, quæ solum sunt necessaria necessitate comitanti, nihil eius libertati nocet quilibet enim præueniens vocatione, & gratia operanti in sua habet potestate, cum voluerit, comitanti, ut sequenti disputatione, dicemus.

Denegatio gratiæ cooperantis non nocet libertati.

DISPUTATIO XCVIII.

An omnes, qui vocationi consentiunt, peculiari gratia excitentur.

Ex duobus equali gratia excitatis, interdum vnum consentire, alium repugnare reuocantes quidam autumant. c. 1. Præcedens sententia tripliciter intellecta reuocatur, cap. 2. Eum, qui respondet vocationi, maiori gratia præueniente fuisse excitatum, quam eum, qui resistit, tanquam reprobabilior sententia Scripturae testimonio probatur, cap. 3. Testimonia Patrum pro eadem sententia, cap. 4. Explicatio triplex præcedentis opinionis resellitur, cap. 5. Probabilior eiusdem sententiæ expositio, & confirmatio, cap. 6. Respondetur testimoniis prioris sententiæ, cap. 7. Solutio rationum eiusdem opinionis, cap. 8.

CAPVT I.

Ex duobus equali gratia excitatis, interdum vnum consentire, alium repugnare reuocantes quidam autumant.

Res hæc paucis ante annis à Theol. professoribus in cōtrouersiam reuocata est: quæ licet ab antiquioribus scholæ doctoribus tractata non sit, neque apud eos aliqua illius mentio habeatur: apud Augustinum tamen, qui de necessitate gratiæ differens nullum lapidem intentatum reliquit, præclara de illa extat sententia, quam, si recte intellexerimus, duabus extremis opinionibus reiectis, media via inoffenso pede curremus. Ex quo etiam perspicuum fiet, vtrum cum solo auxilio sufficienti aliquis saluetur, an peculiaris aliqua gratia iis, qui saluantur, semper donetur. Deinde, vtrum initium consentiendi gratiæ, aut dissentendi, ex nobis sumatur, an ex Deo. In qua re iuxta præscriptum Sedis Apostolicæ nulli parti notam inuens, nihilque interiri præiudicans, sed eiusdem Sedis de finitionem humiliter expectas, quid mihi probabilius, & doctrinæ patrum magis consentaneum videatur sincere pronuntiabo.

Quorundam igitur Theologorum sententia H h h 4 est,